

pie costas ejus, et detractis spoliis universis abscessit. Sed post paululum rediens nec habens a vulnerato et spoliato eliciendum aliud nisi vitam, cepit persequi fugientem lancea vibrata post eum, que cum vestes tamen caso vulnere perfodisset, hostem lapide is de cujus omnino pernicie agobatur dum aliud effugium non pateret, appetiit, et ille percussus protinus expiravit. Nos igitur licet propter horrorem sanguinis in nullo suorum ordinum cum eo duxerimus dispensandum, tamen casum ipsius miserabilem miserantes, mandamus quatenus eidem ne mendicare cogatur in opprobrium ordinis Clericalis in aliquo stipendio unde sustentari valeat in tua Diocesi studeas liberaliter providere, quod curam non habeat animarum, preces et mandatum nostrum &c. Datum Laterani IIII. Nonas Julii Pontificatus nostri Anno VII.

281.

1233.

Ika.

Ärke-Biskopens och några Biskopars Stadfästelse-Bref för Nunnorna i Wårfruberga på klostrets tillhörigheter, nemligen S. Petri, S. Albani och S. Marie i Helgarna kyrkor, med deras tionde, en gård i Helgarna, samt Tuna, Husaby, Ivinum, Snytibiarga, Wichu, Lanshammar, Colaholm, Hanästathir, och Scutlabu hemman med tillydande ägor, m. m.

A. 3. k. 1: 1.

OLAWS DEI GRATIA Vpsalensis Archiepiscopus. BENEDICTVS Episcopus lincopensis. STENERVS Episcopus Scarensis. MAGNVS Episcopus Arosiensis. THROGILLVS Episcopus Strengenensis PRIORISSE MARGARETE ET SIBI COMMISSIS SORORIBVS IN PPM. Religiosorum & seculo renunciantium saluti & quieti pastoralis sollicitudine preuidere uolentes maxime sacrarum virginum deo deuotarum mulierum quarum in temporalium subsidiis tanto minus est sufficiens prouisio quanto cordis deuocione animum erigunt ad superna. Qva propter uos in christo dilecte sorores quas amor religiose professionis & honestas commendat conuersationis sub communi nostre protectionis amiculo suscipimus auctoritate qua fungimur tam presentibus quam successuris sub interminacione anathematis districte inhibentes ut nullis grauaminibus quisquam uos molestare presumat. ne forte cuiuslibet temeritatis incursus a proposito mentem uestram reuocet. aut robur quod absit sacre religionis infringat. Set et ea que uobis loci uestri fundatores a principio contulerunt de quibus hec proprijs duximus exprimenda uocabulis ipsam uidelicet ecclesiam beati petri in qua nunc domino militatis cum omnibus pertinencijs suis. ecclesiam sancti Albani cum decimis et suis pertinencijs ecclesiam sancte Marie in helgarna cum decimis & suis pertinencijs. mansionem in eadem uilla et ceteras mansiones scilicet Tvna. Hvsaby. Ivinum Snutibiarga. Wichu. Lanshammar. Colaholm. Hanastathir. Scutlabu cum siluis. pratis. molendinis. piscationibus. & omnibus pertinencijs suis. Preterea quascumque possessiones. quecumque bona in presentiarum iuste et canonice

possidetis aut in futurum concessione pontificum. largitione regum uel principum. oblacione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poteritis adipisci. firma uobis perpetuo maneant illibata. Ut autem que premisimus robur firmitatis per successura optineant tempora presentis scripti testimonio comunimus. & sigilli nostri impressione communiter roboramus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona huic nostre auctoritatis priuilegio contraire presumpserit. ream se diuino iudicio existere cognoscat & a communione fidelium alienam et nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit. anathematis sententia se nouerit percellendam. Cunctis autem loco uestro sua iura seruantibus sit pax saluuatoris domini nostri iesu christi. quatenus et hic fructum bone actionis percipiant. & apud eternum iudicem celestis glorie premia consequantur. AMEN. AMEN. AMEN *).

Datum Jka anno ab Jn carnatione uerbi millesimo ducentesimo tricesimo tercio in communi episcorum concilio in eadem mansione habito.

Alla 5 Sigillen äro bortfallne, men röda silkestrådarne till det medlersta och linnetrådarne till de öfriga finnes qvar.

282.

I 233—I 247.

Gåfvobref af Bisk. LARS i Linköping på åtskilliga hemman till det af honom vid Domkyrkan derstädes inrättade sjette Canonikatet; med uppgift tillika på åtskillige andra, till kyrkans och biskopsembetets bästa, vidtagne anstalter.

B. 3: 146.

Vniuersis christifidelibus tam posteris quam presentibus presentes litteras visuris vel audituris L. diuina miseracione lyncopensis episcopus. salutem in nomine iesu christi Quoniam dominus deus qui de stercore pauperem erigit, nos licet indignum episcopum constituit jn ecclesia lyncopensi ad honorem ipsius quj digne et laudabiliter a nobis existat honorandus non ad laudem hominem Canonicum sextum jnuestimus jn ecclesia memorata, magistrum videlicet henricum sibi & successoribus suis prebendam jn perpetuum assignantes de prediis nostro precio comparatis. que per litteras nostras tam futurorum quam presencium noticie commendamus. Nos comparauimus duos octonarios jn mansione ecclesie stukkaruth pro octonario & dimidio jn villa que nominatur heslistadh & dimidie vidhistadh, duos comparauimus jn villa que nominatur lund. & jn precio reddidimus rus quoddam ecclesie quod annuatim persoluit dimidiam marcham nummorum pro hoc rure comparauimus bonum molendinum ecclesie quod nunc attinet mansionj hveteland. et jta deo teste meliora reddidimus ecclesie nec non & vttiliora Normaløso comparauimus ecclesie octonarium & quartam partem alterius octona-

*) Den följande på sin särskilta rad antecknade tidsbestämmelsen, ehuru skrifven med mycket finare och tätare stil, synes dock vara af samma hand.